

50.
est in cordibus nostris per spm scm. ut intellegamus non
esse opus spm scm. quidiuine arbiter & fons profluens
caritatis est. ^{f. intellegam} Similiter autem id quod effunditur.
cum creaturis non posse esse commune. sed speciale divi-
nitatis. & iam filii nom effunditur. sicut habes. un-
guentum exinanitum e nomen tuum; Cuius virtute
sermonis. nihil potest esse prestantius; Nam sicut in-
clusum in vase aliquo unguentum. cohibet odorem suum.
Quo odor quamdiu vasis illius angustus cohercetur.
& si ad plures non potest peruenire. tamen vim suam
seruat. Cum vero de vase illo quod cludebatur. un-
guentum fuerit effusum. longe lateque diffunditur.
Ita & xpi nomen. ante eius aduentum. in israhel po-
pulo. quasi in vase aliquo iudeorum mentibus clau-
debat. Notus enim in iudea ds. in israhel magnu
nomen eius. Hoc utiq. nomen. quod vase iudeorum
angustis suis cohercetum continebant. magnum qui-
dem & tunc nomen. cum infirmorum atq. paucoru
hereret angustis. sed magnitudinem sui nondum p
corda gentium. & in fines totius orbis effuderat.
Postea vero quam p omnem mundum suum luxit